CENTURIAE DUAE DUBIORUM JURIDICORUM IN DIFFICILIORIBUS PANDECTARUM...

Ernst Friedrich Schröter, Heinrich Ludwig Roediger, Valenti Gonzaga

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO

IOACHIMO,

ECCLESIÆ FVLDENSIS
ABBATI,

S. R. I. PRINCIPI, DIVÆ AVGVSTÆ ARCHICANCELLARIO
PER GERMANIAM ET GALLIAM PRIMATI, &c.
PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO
BONVM, FÆLIX, TRANQVILLVMQVE
REGIMEN
EX TOTA ANIMI MENTE
DEVOTISSIME
PRECOR.

REVERENDISSIME ET CELSISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME!

QVàm densissima Vestræ Reverendissimæ Celsitudinis Vasallorum sit seges, nôrunt ii, qui vel Fuldensia monumenta, in quibus illorũ nomina immorta-

talitati ſunt conſecrata, evolverunt, vel ipſi Reverendiſsimæ Veſtræ Celſitudinis curvo baculo, pro ſolenni more contacto, fidelitatis ſacramento capita ſua obſtrinxerunt. Nec V. Reverendiſsima Celſitudo adeò exiguis gratiam ſuam circumſcripſit limitibus, ut duntaxat eos, qui longo ſanguine cenſentur, vel in acie collatis ſignis cum hoſte dimicârunt, beneficiorum exortes eſſe non ſinat; verùm etiam viros inferioris ordinis, quos virtute & doctrinâ excellere exiſtimat, faventiſsimo clementiæ zephyro afflatos in fidelium Clientum catalogũ recipit, & virtutibus ac literis præmia conferre gaudet. Novit enim R. V. C. virtutem nec genus,

nec censum, nec sexum eligere, sed omnibus, qui eam remis, velisq; assequi student, sui copiam facere: Et cur viri, virtutum ac doctrinæ satellitio stipati, à consortio feudi capacium excludantur, cùm nec philosophantib⁹ aratro, sarculo & falce consuetudines feudales viam aspirandi ad feuda intercludant? Nuspiam enim interdicti fulmine ab hujusmodi beneficiis tales deterrent & abstrahunt, nec inficias ire possumus, cùm optimus secundū Columellam ex agro legatur miles, agricolas servitia militaria præstare posse. Quis autem religiosiùs fidei, quæ ambobus oculis Vasallo charior esse debet, litare, & juramentum, quod Domino suo dixit, tenaciùs servare

arg. l. 2. P. c. 3. §. personam.

poteſt, quàm literarũ & Juris peritiã conſpicuus cliens? qui dirimit ambigua cauſarum fata, ſuæq; defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis ac privatis lapſa erigit, fatigata reparat, & non minùs humano generi providet, quàm ſi præliis atq; vulneribus patriã parentesq; ſalvaret. Non enim ſolos ſacratiſsimus noſter Imperator Juſtinian⁹ Imperio Romano militare credit, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos, & militantes cauſarum patronos, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt. His & aliis rationibus Veſtra Reverendiſsima Celſitudo adducta Patrem meum Henricum

in l. 14. C. de Advoc. diverſ. judicior.

 Rödi-

Rôdigerum, J. V. D. & Advocatũ non incelebrẽ liberrimo prædio Salmanshusæ ad flumen Vierram cum omnibus juribus, privilegiis ac pertinentiis abhinc aliquot annos, præstitâ priùs solenni jurisjurandi religione, investitum in nobilissimam Parium Curiæ Fuldicæ cohortem allegit, & hactenꝰ benigniori clementiæ aurâ complexa fuit. V. Reverendissima Celsitudo memorabili hujus beneficii magnitudine Patrem meum veluti adamantino vinculo Sibi obligavit, ut Ipsi nec modio, nec trimodio, nec ipso horreo satis dignas grates habere, nedum referre possit. In perpetuo V. R. C. æris nexu hærebit, & erga Ipsã solà fidelitatis devotione, à quâ nun-

quam vel latum unguem diſcedet,ſuám humilimam εὐχαριστίαν exeret. Ego quoq;,in quem ejuscemodi gratiæ lumen tandem ab exequiis Patris, quas Deus diu amoliatur,niſi mortalitatis ordo turbatur, transfundetur,V. R. C. tenaciſsimâ catenâ devinctus implicor,quam profiteor magis,quàm ſolvere poſsũ: Et ecce profiteor animo,ore,ſtylo,& hoc nomẽ in fronte hujus diſputationis inauguralis proſcribo, quam non donum, ſed ſyngrapham & obſidem mei obſequioſiſsimi cultus ad V. R. C. pedes cum oſculo manus depono, & Ipſam enixiſsimè imploro,ut plusquam Achilleo authoritatis ſcuto contra maligni livoris dentem me defendat, ac cle-

mentiâ,

mentiâ, quâ Patrem meum, beet. Ita Deus ter optimus ter maximus in Vestram Reverendissimam Celsitudinem omnem cœlestem tàm fortunæ quàm animi benedictionem uberrimè impluat, & faxit, ut ex bono publico

ILIACOS ÆQVARE SENES AVT VINCERE POSSIT.

Dabam in Perillustri ad Salam Universitate die 22. Augusti, Anno 1662.

Vestræ Reverendissimæ
Celsitudinis

devotissimus
cliens

HENRICUS LUDOVICUS RÖDIGER.

PRÆFATIO.

CUm laudatisſimæ Facultatis Juridicæ hujus Academiæ ſtatuta ab iis, qui ſummos in utroque jure honores ſibi decerni cupiunt, inter alia depoſcant, ut in publicũ prodeuntes diſputationem à ſe conſcriptam defendendo fidem ſuorum in jure profectuum faciant ſufficientem, ego quoque, poſtquam duobus diverſis temporibus periculo pro meâ exiguitate facto Magnificus & Nobiliſsimus Ordo Juridicus provinciam diſputãdi ſuſcipiendam mihi mandaſſet, meditari cæpi, quodnam argumentum diſquiſitioni publicæ deſtinarem. Nolui autem diu cunctari, ſed, ut mandato morem gererem, præſentes has theſes ex Digeſtorum volumine puriſſimo genuinæ Latinitatis fonte, præeuntibus mihi quibusdam Antinomiarum compilatoribus, properante calamo collegi. Mirabitur quidem nonnemo hæc mea conata, forſan etiam novitatis & arrogantiæ à Zoilis inſimulabor, partim quod diuturnâ & inveteratâ ferè conſvetudine hîc loci receptum ſit, unius argumenti Diſputationem elaborari, partim quod glorioIam quandam ex hiſce compluſculis perplexis thematibus aucupari videar. Verùm quoad hoc tantùm abeſt, ut id inde non ſine injuriâ concludi poſſit, ut potiùs

contrarium evidentisſimè appareat, quod ſc. ingenii mei navicula leni & placido hoc flumine decurrere ſatagat, metuens ſe credere ventoſo magni tractatus Oceano, ubi undeqvaque innumeris objectionum Notis data porta eam obruendi. Quoad prius autem non eo inficias, majorem quidem laudem & gloriam illud genus Diſputationem concinnandi manere, quam non invideo; faciliùs autem veniam, ſi quâ, quaſi deviaverim, opus eſt, impetraturum me ſpes alit, quòd alii quoque, ſi diſputationes inaugurales patrum & avorum memoriâ habitas inſpicimus, ante me tale fecerint, item boni & ſpectati viri, uti in aliis diſſimilibus caſibus Terentianus juvenis luxuriâ & laſciviâ diffluens *act. 4. Adelph ſc. 5.* & Plautinus ſenex Acheronticus cano capite in hoſpitium ad Cupidinem divertens in *Mercator. act. 2. ſc. 2.* ſua errata obtegere laborant. Quicquid ſit, legibus obtemperâſſe & meo officio ſatisfeciſſe videbor, ſi materiam amicæ diſceptationi non defuiſſe tempus docuerit. Sit itaq; AUSPICE CHRISTO

EX LIBRO DIGESTORUM PRIMO.

THESIS I.

LEges non solùm ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſvetudinem abrogantur, *l. 32. §. 1. de legib.* Add. *§. 11. J. d. jur. natural. gent.* Obſt. *l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud.*

II.

NOn ſunt liberi, qui contra formam humani generis converſo more procreantur, veluti ſi mulier monſtroſum aliquid aut prodigioſum enixa ſit, *l. 14. d. ſtat. homin.* Obſt. *l. 135. de verbor. ſignificat.*

III. Ut

III.

VT aliquis Senatoris filius accipi debeat, nihil interest, jam in Senatoriâ dignitate constitutus pater eum susceperit, an ante Senatoriam dignitatem, *l. 5. d. Senator.* Add. *l. 9. § 14. d. pœn. l. 2. § 2. d. decurion.* Obst. *l. 11. C. d. dignitat. libr. 12.*

IV.

VT possessio bonorum detur; vel, si cui damni infecti non caveatur, ut is possidere jubeatur; aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est, legatorum servandorum causâ in possessionem mittatur, mandari potest, *l. 4. §. 1. d. offic. ej. cui mandat. est jurisdict.* Obst. *l. 4. d. jurisdict.* junct. *l. 1. pr. §. 1. d. offic. ejus cui mandat. jurisdict.*

V. *Ex Lib. 2.*

SI convenerit, ut alius Prætor, quàm cujus jurisdictio esset, jus diceret, & priusquàm adiretur, mutata voluntas fuerit, procul dubio nemo compelletur ejusmodi conventioni stare, *l. 18. d. jurisdiction.* Obst. *l. pen. C. d. pact.*

VI.

PActum prius, ne peteret, per pactum posterius, ut peteret, non eliditur ipso jure, sed replicatione, *l. 27. §. 2. d. pact.* Obst. *l. 95. §. 4. d. solution.*

VII.

FIlius, si pater pactus sit, ne à se neve à filio suo debitum peteretur, patri heres existens exceptione conventionis rectè utitur, *l. 33. d. pact.* Add. *l. 10. d. pact. dotal.* Obst. *l. 17. § 4. l. 21. §. 2. d. pact.*

IIX.

SI reus, postquam pactus est, à se non peti pecuniam, (quod pactum cœpit fidejussori quoque prodesse) pa-

ctus sit, ut à se peti liceat, semel acquisita fidejussori exceptio pacti alterius ei invito extorqueri non potest, *l. ult. l. 21. §. ult. d. pact.* Obst. *l. 27. §. 2. vers. eâdem ratione. d. pact.*

IX.

Ex Lib. 3. CONdemnato aliquo ad tempus ex crimine famoso, si tempus illud decursum sit, infamia etiam finitur, *l. 8. d. postuland.* Add. *l. 1. C. d. his qui in exil. dat. libr. 10. l. 3. C. ex quib. caus. infam. irrogat.* Obst. *l. 6. C. d. t. ex quib. caus. infam. l. 15. pr. ad municipal. l. 3. pr. l. 5. d. decurion. l. 4. §. 4. de re militar.*

X.

CRimen stellionatus infamiam irrogat damnato, quamvis publicum non sit judicium, *l. 13. §. f. d. his qui notant. infam.* Obst. *l. 2. stellionat.*

XI.

PRocurator tenetur eum, cujus nomine experitur, defendere, si reus eundem reconvenire velit, *l. 33. §. 3. 4. 5. l. 35. pr. d. procurator.* Obst. *l. 17. vers. sed nec, C. eod. tit.*

XII.

QVi duos procuratores omnium rerum suarum reliquit, nisi nominatim præcepit, ut alter ab altero pecuniam petat, non videtur utrilibet eorum mandatum dedisse, *l. 47. d. procurator.* Obst. *l. 46. §. f. eod. tit.*

Ex Lib. 4.

XIII.

NOn videtur vi dejectus, qui dejici non expectavit, sed profugit fundum suum derelinquens, audito, quod quis cum armis veniret, *l. 9. pr. vers. de pig. quod met. caus.* Add. *l. 1. §. 29. l. 3. §. 6. §. 7. d. vi & vi armat.* Obst. *l. 33. §. 2. d. usurpat. & usucap.*

XIV.

COntra fidejussorem promissum animal ante moram occidentem actio de dolo redditur, *l. 19. d. dol. mal.*

Add.

Add. *l.1.§.1.§.4. eod.l.1. C.d.t.l.7. §. 1. in fin. d. in integr. restit.* Obst. *l. 85. d. verbor. obligat. l. 95. §. 1. vers. aliter. d. solut. & liberat.*

XV.

QVi juvenili levitate ductus hæreditatem repudiavit, postmodùm auxilium in integrum restitutionis implorans omnimodò audiendus est, siquidem omnia in integro sint, *l. 24. § 2. d. minor. 25. ann.* Add *l. 8. d. jur. deliberand.* Obst. *l fin. vers. sin autem vel minor. C. d. repud. vel abstinend. hereditat.*

XVI.

Ex Lib. 5.

LEgatione pro civitate fungentem restitui æquissimum est, sive habuit procuratorem sive non, *l. 26. §. fin. ex quibus caus. major.* Obst. *l. 39. d.t.*

XVII.

SI quis in legatione constituerit, quod ante legationem debuerit, non cogitur ibi judicium pati, ubi constituerit, sed habet jus revocandi domum suam, *l. 8. d. judic.* Add. *l. 2. § 3. §. 4. l. 24. § 1. l. 25. eod. tit.* Obst: *l. 5. §. 1. d. constitut. pecun.*

XIIX.

IN privatis negotiis pater filium, vel filius patrem judicem habere potest, *l. 77. l. 78. d. judic.* Add. *l. 6. d. recept. qui arbitr. receper. l. 13. §. ult. ad Senatusconsult. Trebell.* Obst. *l. 10. d. jurisdict.*

XIX.

CVm, institutâ de inofficioso testamento accusatione, de lite pacto transactum esset, nec fides ab herede transactioni præstaretur, inofficiosi causa erit adhuc integra, *l. 27. pr. d. inoffic. testament.* Obst. *l. 6. C. de transaction.*

XX.

FIlius, quem unum pater humanis rebus exemptus unà cum uxore prægnante reliquit, non ex parte dimidiâ sed ex quartâ interim heres erit, *l.3. si pars hereditat. petat.* Add. *l.4. eod. tit. l. 28. §. f. d judic. l.36. d. solut.* Obst. *l.30. §. 6. d. adqvir. vel omittend. heredit.*

Ex Lib. 6.

XXI.

TAbulam picturæ cedere negat Paulus in *l.23. §.3. d. rei vindicat.* Affirmat Gajus in *l.9. §.2 d. adquirend. rer. domin.* & Imperator Justinianus in *§. 35. J. d. rer. divis.* Quorum sententiam nos amplectimur.

XXII.

CUjus sit navis, quæ ex alienâ materiâ ædificata fuit, non convenit inter JCtos in *l.61. d. rei vindicat.* & *l. 26. pr. d. adquirend. rer. domin.* Nos navem ædificanti adjudicamus.

XXIII.

Cùm de fructibus percipiendis æstimandis quæritur, non debet animadverti, an malæ fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, *l.62. §.1. d. rei vindicat.* Add. *l.20. eod. tit. l.4. C. unde vi. l.39. §.1. d. legatis l.12. pr. quod met. caus. l.78. d. divers. regul. jur.* Obst. *l.5. C. d. rei vindicat.* Add. *l.1. §.1. C. d petit. heredit. l.2. C. d. fruct. & lit. expens.*

XXIV.

QVi à furioso ignorans, cum furere, eò quod fortè in conspectu inumbratæ quietis constitutus erat, emit: usucapere, & proinde Publicianâ quoque experiri poterit, *l.7. §. 2. d. publician. in rem action.* Obst. *l. 2. §. 16. pro emptor.*

Usu-

XXV.

Ex Lib. 7.

VSufructuarius non potest ædificium ponere in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium est, *l. 13. §. 6. d. usufruct.* Obst. *l. 61. eod. tit.*

XXVI.

DOminus proprietatis ne quidem consentiente fructuario servitutem imponere potest, *l. 15. §. ult. in fin. d. usufruct.* Dissent. Dd. variè. Obst. *arg. l. pen. C. d. pact. l. 1. §. 5. in fin. d. injur. & famos. libell.*

XXVII.

VSufructuario pro servitute fundo fructuario debitâ vindicandâ non datur actio confessoria, *l. 1. pr. si usufruct. petet.* Obst. *l. unic. § 4. d. remission.*

XXIIX.

FRuctus non potest esse sine usu, *l. 14. §. 1. d. usu & habitat.* Obst. *d. l. 14. §. fin. l. 5. §. 2. usufruct. quemadmod. cav.*

XXIX.

Ex Lib. 8.

TEstatore per fundum suum viam legatario relinquente simpliciter, id est, non destinatâ parte, per quam iret, facultas est legatario, in infinito ire, sive per quamlibet ejus partem viam dirigere, *l. 9. d. servitut.* Add. *l. 21. d. servitut. prædior. rusticor. l. fin. d. aqu. quotidian.* Obst. *l. 26. l. 13. §. 1. d. servitut. prædior. rusticor.*

XXX.

SErvitus ductûs aquæ, licet nondum inventæ, constitui potest, ita, ut aquam quærere & inventam ducere liceat, *l. 10. d. servitut. prædior. rusticor.* Add. *l. 23. § 1. d. servitut. prædior. urbanor. l. 25. §. 10. famil. ercisc.* Obst. *l. fin. si servitut. vindicet.* Add. *l. 1. §. 1. commun. prædior. §. 3. J. d. servitut.*

Fun-

XXXI.

Fundo, qui communi prædio serviebat, à dominis illius communis prædii in commune redempto, servitus extingvitur, *l. 27. d. servitut. prædior. rustic.* Obst. *l. 34. pr. eod. tit.*

XXXII.

Fumum in suo facere licere aut non licere agi nequit, *l. 8. §. 6. si servit. vindicet.* Obst. *d. l. 8. §. 5. si servit. vindicet.*

Ex Lib. 9.

XXXIII.

Homine ab alio mortifero vulnere percusso, ab alio posteà exanimato, prior non tenetur, quasi occiderit, sed quasi vulneraverit, *l. 11. §. 3. l. 15. §. 1. ad leg. Aquil.* Obst. *l. 51. pr. d. t.*

XXXIV.

Si dominus propter servum dolo occisum lege Aquiliâ egerit, legi Corneliæ non fit præjudicium, *l. 23. §. 9. ad leg. Aquil.* Obst. *l. 4. d. public. judic.*

XXXV.

Qui tabulas testamenti depositas ita delevit, aut corrupit, ut legi non possit, depositi actione & ad exhibendum nec non actione legis Aquiliæ tenetur, *l. 42. ad leg. Aquil.* Obst. *l. 35. d. dol. mal.* junct. *l. 1. §. 1. §. 4. eod. tit. l. 2. C. d. t. l. 7. §. 1. in fin. d. in integr. restitut.*

XXXVI.

Noxalis actio datur quoq; adversus bonæ fidei possessorem, *l. 13. d. noxal. action.* Add. *l. 11. l. 28. d. t.* Obst. *l. 27. §. 3. ad leg. Aquil. l. 37. §. 1. d. t. d. noxal. action.*

Ex Lib. 10.

XXXVII.

Bonæ fidei possessor fructus bonâ fide perceptos lucratur, si eos consumpsit, nec tenetur, quantum ex illis factus est locupletior, restituere, *l. 4. §. 2. fin. regund.* Add. *§. 35. J. d. rer. divis. §. 2. J. d. offic. judic. l. 40. in fin. d. ad-*

d. adquirend. rer. domin. l. 22. C d. rei vindicat. Obst. (1) *l. 4. §. 1. C. d. petit. heredit. l. 25. §. 11. l. 20. §. 6. l. 40. §. 1. ff. eod. tit.* (2) *l. 31. de reb. credit.* (3) *l. 70. §. f. l. 71. l. 72. d. legat. 2. l. 12. pr. quod met. caus. l. 24. §. 4. d. minor. 25. ann.* (4) *l. 206. d. divers. regul. jur.* (5) *l. 15. §. 1. d. rei vindicat.* (6) *§. 2. vers. illorum. J. d. offic. judic.*

XXXIIX.

QVi familiæ erciſcundæ actione agit, confitetur, adverſarium ſibi eſſe coheredem, *l. 51. §. 1. famil. erciſcund. l. 1. §. 2. si pars heredit. petat.* junct. *l. 1. pr. famil. erciſc.* Obſt. *l. 37. d. t. famil. erciſcund.*

XXXIX.

REm eandem pariter ementes ſocietatem contraxiſſe intelliguntur, *l. 2. pr. commun. dividund.* Add. *l. 2. C. pro ſoc.* Obſt. *l. 31. ff. d. t. pro ſocio.*

XL.

DE tigno ædibus juncto ad exhibendum agi nequit, *l. 6. ad exhibend.* Add. *l. 23. §. 6. d. rei vindicat.* Obſt. *l. 1. §. ult. d. tign. junct.*

XLI.

SOcius, qui ignorante ſocio mortuum in communẽ locum intulit, familiæ erciſcundæ vel communi dividundo conveniri poteſt, *l. 2. §. 1. verſ. an & ſocius. d. religioſ. & ſumpt. funer.* Obſt. *l. 6. §. 6. commun. dividund.*

XLII.

CEnotaphium non eſſe locum religioſum Divi fratres reſcripſerunt, *l. 6. §. 1. d. religioſ. & ſumpt. funer. l. 7. d. rer. diviſ.* Obſt. *l. 6. §. ult. d. t. d. rer. diviſ.*

XLIII.

SI cui funeris ſui curam teſtator mandaverit, & ille acceptâ pecuniâ funus non duxerit, de dolo actio

in eum danda est, *l. 14. §. 2. d. religios. & sumpt. funer.* Obst. *l. 12. § f. mandat.* junct. *l. 1. § 1. § 4. d. dol. mal. l. 2. C. eod. l. 7. § 1. in fin. d. in integr. restitut.*

XLIV.

SOcius etiam sine cæterorum sociorum consensu in loco puro communi rectè sepelitur, *l. 41. d. religios. & sumpt. funer.* Obst. *l. 6. §. 6. commun. dividund. §. 9. J. d. rer. division. l. 28. commun. dividund.*

Ex Libr. 12.

XLV.

ROgatus alicui pecuniam credere, cùm non haberet, massam auri ipsi dedit, ut eam venderet, & nummis uteretur, quam si vendiderit, pecunia inde redacta erit mutua facta, *l. 11. pr. d. reb. credit.* Obst. *l. 34. pr. vers. his argumentum. mandat. vel contr.*

XLVI.

SI alius pecuniam, quam alius ipsi quasi donaturus dederat, quasi mutuam accipiat, neque donatio neque mutuum est, nec pecunia fit accipientis, cùm aliâ opinione acceperit, *l. 18. pr. d. reb. credit.* Obst. *l. 36. d. adquirend. rer. domin.*

XLVII.

SI quis deprehensus in adulterio se redemerit, cessat repetitio dati, *l. 4. pr. d. condict. ob turp. caus.* Obst. *l. 7. §. 1. l. 8. quod met. caus.*

XLIIX.

QVamvis debitum filii quis recipiat, si tamen is, qui dat, non debitum dat, sive quando id, quod alius debebat, alius, quasi ipse debeat, solvit, repetitio competit, *l. 19. § 1. l. 65. § f. d. condict. indebit.* Obst. *l. 44. eod. tit.*

Ex Libr. 13.

XLIX.

COndictio furtiva datur adversus heredem furis in solidum, *l. 9. d. condiction. furtiv.* Add. *l. 7. §. 2. l. 5. l. 1. eod.*

eod. tit. Obst. (1) *l. 9. § f. l. 10. d. tutel. & ration. distrah.* (2) *l. 3. §. 12. d. pecul.* (3) *l. fin. C. rer. amotar.* junct. *l. 6. §. 4. ff. eod. tit.* (4) *l. 2. §. ult. vi bonor. raptor.* (5) *l. unic. C. ex delict. defunctor.*

L.

HEreditatis possessore pecuniam constituente, post evictam hereditatem non ipsi, sed ei, qui evicit, decernenda est actio, *l. 22. d. pecun. constitut.* Obst. *l. 17. §. 6. d. pact.*

LI.

ACtioni commodati potest objici compensatio, *l. 18. §. ult. commodat.* Add. *l. ult. pr. & §. 1. C. d. compensat. §. 30. J. d. action.* Obst. *l. ult. C. commodat.*

LII.

CReditor, si pignus pluris, quàm debitum erat, vendiderit, judicio pignoratitio tenetur, ut superfluum pretii cum usuris restituat, nec audiendus erit, si velit emptorem delegare, *l. 42. d pignorat. action.* Obst. *l. 24. §. 2. eod. tit.*

LIII. *Ex Lib. 14.*

SI plures navem exerceant, cum qvolibet eorum in solidum agi potest, *l. 1. §. f. l. 2. l 3. d. exercitor. action.* Obst. *l. 7. §. 5. naut. caupon. stabular.*

LIV.

MAgister navis cum illis, qui necessariò jacturâ factâ propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent, ex conducto agere potest, ut detrimentum pro portione communicetur, *l. 2. pr. d leg. Rhod. d jact.* Obst. *l. 14 pr. d. praescript. verb.*

LV.

QVi levandae laborantis navis gratiâ res aliquas projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro dere-

licto habeant, *l. 8. l. 2. §. f. d. leg. Rhod. d. jact.* Add. *§. f. J. d. rer. divis. l. 9. §. f. l. 44. vers. idem ait. l. 58. d. adqvirend. rer. domin. l. 21. §. 1. d. adqvir. vel amittend. possession. l. 7. pro derelict.* Obst. *l. 43. §. 11. d. furt.*

LVI.

Filiusfamilias nummorum simpliciter ei donatorum alienationem non habet, & ideò, si solverit, condictio illorum patri ex omni eventu competit, *l. 9. §. 1. d. Senatusconsult. Macedon.* Obst. *l. 14. d. reb. credit.*

Ex Libr. 15.

LVII.

SI pater, qui de peculio tenebatur, creditori heres extiterit, non inspiciendum, quod tunc in peculio fuerit, cùm adiretur hereditas, sed, quia mortis tempus in Falcidiæ ratione spectatur, illius temporis peculium considerabitur, *l. 50. §. 1. d. pecul.* Add. *l. 56. pr. ad leg. Falcid.* Obst. *l. 83. eod. tit.*

LIIX.

IN rem quoque versum videtur, quando servus mutuatus pecuniam eam solverit creditori, quem dominicum putabat, qui non erat, *l. 3. §. 1. d. in rem vers.* Obst. *l. 23. d. negot. gest. l. 11. d. in rem vers.*

LIX.

VT actio de in rem verso competat, sufficit, semel in rem versum esse, licet posteà versum esse casu quodam desierit, *l. 3. §. 7. 8. l. 17. pr. d. in rem vers.* Obst. *l. 10. §. 6. eod. tit.*

LX.

PAter vel dominus, qui subscripsit chirographo filii vel servi, tenetur quod jussu, *l. 1. §. 4. qvod juss.* Add. *l. 3. C. qvod cum eo qvi in alien. potestat. l. 8. §. 15. quib. mod. pign. solv. l. 26. §. 1. de pignor. & hypothec.* Obst. *l. 8. d. rescindend. vendit.* Add. *l. 14. C. si cert. petat. l. 6. C. d. fidejussor. l. 15.*

C. d. ad-

C. d. administrat. tutor. l. 39. d. pignoratit. action. l, 2. C. d. reb. alien. non alienand.

LXI.

Ex Lib. 16.

MUllierem, si alicui quid facienti vel omittenti, unde periculum metuebat, indemnitatem promiserit, non tuetur auxilium Senatusconsulti Vellejani, *l. 8. §. 1. l. 19. pr. §. 1. §. 2. ad Senatusconsult. Vellejan.* Add. *l. 6. pr. C. eod. tit.* Obst. *d. l. 6. §. 1. §. 2. C. d. tit.*

LXII.

COndemnatus ideò, quod tempore Ædilitatis arctiorem annonam præbuit, nihilominus habet compensationem adversus fiscum, *l. 17. d. compensation.* Obst. *l. 46. §. 5. d. jur. fisc. l. 3. C. d. compensation. l. 20. ff. eod. tit.*

LXIII.

IN omnibus actionibus compensatio fit ipso jure, & quidem in actionibus personalibus etiam ante Justinianum ipso jure facta fuit, *l. 4. l. 11. l. 21. l. 22. d. compensat.* Add. *l. 4. l. 6. C. eod.* Diss. Dd. variis & multis argumentis hanc sententiam oppugnant.

LXIV.

CIrca quæstionem, an rei sequestratæ possesio ad sequestrem transeat, disfidium est inter *l. 17. §. 1. deposit.* & *l. 39. d. adquirend. vel amittend. possess.* Nos negamus.

LXV.

Ex Libr. 17.

ACtio mandati solùm ei datur, cujus interest, *l. 8. §. 6. mandat.* Obst. *l. 6. §. 4. eod. tit.*

LXVI.

PUblicatis bonis, quicquid posteà acquiritur, non sequitur fiscum, *l. 22. §. 5. mandat.* Obst. *l. 2. C. d. bon. proscriptor.*

 Pro-

LXVII.

PRocurator, cùm à debitoribus domini pecuniam exegisset, epistolam ad eum misit, quâ significabat, certam summam ex administratione apud se esse, eamque creditam sibi se debiturum cum usuris semissibus. Qv. an ex eâ causâ pecunia credita videatur? Negat Africanus in *l.34.pr.mandat.* Dissentit Ulpianus in *l.15.d.reb.credit.*

LXIIX.

FIdejussor, qui rem pignoris jure obligatam à creditore emit, conveniri potest à debitore mandati judicio, ut oblato omni debito eam cum fructibus restituat, *l.59.§.1.mandat.* Obst. *l.1.C.d.dol.mal.* junct. *l.2.C.eod.tit.l.1.§.1.§.4.ff.d.tit.l.7.§.1.in fin.d.in integr.restitut.*

LXIX.

Ex Libr.18. SI quis se virginem emere putet, cùm esset jam mulier, vel rem humani privati juris, cùm esset divini, emptio valebit, *l.11.§.1.l.4.l.70.d.contrah.empt.* Obst. *l.11.§.5.d.action.empt.l.62.§.1.d.contrahend.empt.*

LXX.

VEnditio rei saltèm inauratæ, licet emptor auream putet, valet, *l.14.d.contrah.emption.* Obst. *l.41.§.1.eod.tit.* Add. *l.45.d.t.l.1.§.f.d.pigneratit.act.l.22.d.verbor.obligat.*

LXXI.

PEriculum rei venditæ emptione perfectâ etiam ante traditionem ad emptorem pertinet, *l.8.pr.l.[illegible]pr.l.15.d.pericul.& commod.rei vendit.l.5.§.2.d.rescind.vendit.* Add. *§.3.J.d.empt.& vendit.l.1.l.4.l.6.C.d.pericul.& commod.rei vendit.l.31.pr.d.action.empt.l.35.§.4.l.34.§.6.d.contrahend.empt.l.11.§.9.quod vi aut clam.* Obst. *l.33.locat.* Add. *l.14.pr.§.1.d.pericul.& commod.rei*

ven-

vendit. l. ult. d. condict. caus. dat. caus. l. 11. §. f. vers. neque enim bona fidei. d. act. empt.

LXXII.

EMptor, si in pretio solvendo moram fecerit, usuras duntaxat venditori præstare tenetur, non omne omninò, quod venditor morâ non factâ consequi potuit, veluti si negotiator fuerit, & pretio soluto ex mercibus plus quàm ex usuris quærere potuit, *l. ult. d. pericul. & commod. rei vendit.* Add. *l. 21. §. 3. d. action. empt. & vendit.* Obst. *l. 2. § fin. in fin. d. eo quod cert. loc. dar. oport.*

LXXIII. *Ex Lib. 19.*

EMptor, qui vacuam possessionem tradi stipulatus est, si ex stipulatu agat, fructus non venient in eam actionem, *l. 3. §. 1. d. act. empt. & vendit.* Obst. *l. 4. pr. d. usur. & fructib. & caus.*

LXXIV.

IGnarus locans dolia vitiosa, ex quibus deinde vinum effluxit, tenetur in id, quod interest, nec ignorantia ejus erit excusata, *l. 19. §. 1. locat. conduct.* Add. *l. 6. §. 4. d. act. empt. & vendit.* Obst. *l. 13. pr. d. t. d. act. empt. & vendit.*

LXXV.

SI quis pecuniam det, ut rem accipiat, emptio & venditio est. *l. 5. §. 1. d. præscript. verb.* Obst. *l. fin. d. condict. caus. dat. caus. non secut.*

LXXVI.

JUlianum in eâdem facti specie in *l. 5. §. 2. vers. sed si dedi. d. præscript. verb.* & in *l. 7. §. 2. d. pact.* contraria statuere & sibi ipsi contradicere negatur.

LXXVII. *Ex Lib. 20.*

JUra prædiorum urbanorum pignori dari non possunt, nec conveniri potest, ut hypothecæ sint, *l. 11. §. 3. d. pignor. & hypothec.* Obst. *l. 12. eod. tit.*

78. Si

LXXIIX.

SI Mœvius Titio, qui rem ejus ignorante illo creditori suo Cajo obligaverat, heres extitit, ex post facto pignus directò quidem non convalescit, sed utilis pignoratitia dabitur creditori Cajo contra heredem Titii Mœvium, *l. 22. d. pignor. & hypothec.* Obst. *l. 41. d. pignorat. action.*

LXXIX.

INducta illataque in prædium rusticum non sunt taciti pignoris nexu obligata, *l. 4. pr. in quib. cauf. pign. vel hypothec. tacit. contrah.* Obst. *l. 7. §. 1. d. t.* Add. *l. 5. C. locat. conduct. l. ult. C. in quib. cauf. pign. vel hypothec. tacit. l. 3. ff. eod. tit. §. 7. J. d. action. l. 14. §. 1. d. religios. & sumpt. funer.*

LXXX.

CReditor prior hypothecarius generalis fisco posteriori etiam in acquisitis à debitore post obligationem cum fisco initam præfertur, *l. 21. pr. qui potior. in pignor.* Add. *l. 8. l. 3. eod. tit. l. 2. l. 4. C. d. tit.* Obst. *l. 28. d. jur. fisc.*

Ex Libr. 21.

LXXXI.

MAncipia trita sunt veterana, mancipia rudia sunt novitia, *l. 37. d. ædilit. edict.* Obst. *l. fin. §. 2. eod. tit.*

LXXXII.

IS, cui Ædiles intra duos menses judicium ad redhibendum pollicentur, non audiendus est, si sexagesimo & primo die experiri velit, *l. 38. pr. d. ædilit. edict.* junct. *l. 28. eod. tit.* Obst. *l. 101. d. diverf. regul. jur. antiqu.*

LXXXIII.

EMptor habet regressum in venditorem, sive tota res, sive pars ejus evincatur, *l. 1. l. 39. §. 2. l. 45. d. evict.* Obst. *l. 56. §. 2.* junct. *l. 34. §. 1. eod. tit. l. 36. d. t. l. 38.*

§. 3. *d.*

§. 3. *d. verbor. obligat. l. 41. l. 41. d. t. d. evict ion.* junct. *l. 1. §. 1. d. inspiciend. ventr. l. 73. d. legat. 2.*

LXXXIV.

LIs mota denuntiari potest auctori quolibet tempore, (Ergò etiam post litem contestatam) dum tamen ne fiat prope ipsam condemnationem, ut sc. ipsi adhuc sit integra defensio, *l. 29. §. 2. d. evict ion.* Obst. *l. 29. §. 3. d. legat. 3.*

LXXXV.

FIlius heres ad usuras, quas pater ejus longo tempore præstitit, solvendas etiam tenetur, *l. 6. pr. §. 1. d. usur. & fruct. & caus.* Add. *l. 1. C. d. fideicommiß.* Obst. *l. 7. C. d. usur.* Add. *l. 28. C. d. pact. l. 31. d. oper. libertor.*

LXXXVI.

BOnæ fidei emptor, licet posteà cognoverit, fundum alienum esse, nihilominùs eousque, dum fundus evictus fuerit, quoad percipiendos fructus intelligi debet, *l. 25. §. fin. d. usur.* Obst. *l. 48. §. 1. d. adqvir. rer. domin.* Add. *l. 23. §. 1. eod. tit.*

LXXXVII.

ALterius rei promittendi mora alteri non nocet, *l. 32. §. 4. d. usur.* Add. *l. 173. § 2. d. divers. regul. jur. l. 3?. d. negot. gest.* Obst. *l. penult. d. duob. reis constituend.*

LXXXIIX.

LEgatario centum aureos primum in testamento, deinde in codicillis posteà scriptis ab eodē testatore sibi legatos tanquam duplicatos petente, ipse heres, non legatarius, posteriorem scripturam inanem esse, nec testatorem legatum duplicare voluisse judici approbare debet, *l. 12. d. probat. & præsumption.* Obst. *l. 34. §. 3. d. legat. 1.*

Ex Libr. 23.

LXXXIX.

OFficium in aliquâ provinciâ administrans sponsare non prohibetur mulierem inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, cui tamen, si post officium depositum nolit nuptias contrahere, licet hoc facere, arris tantummodo redditis, quas acceperat, *l. 38. pr. d. rit. nuptiar.* Add. *l. 57. pr. l. 63. l. 65. §. 1. d. t. l. 6. C. eod. tit. & unic. C. si qvacunqve predit. potestat.* Obst. *l. unic. C. si rect. provinc. vel ad rem pertinent.*

XC.

REs, quæ ex dotali pecuniâ comparatæ sunt, dotales esse videntur, *l. 54. d. jur. dot.* Add. *l. 22. §. f. solut. matrimon. dos qvemadmod.* Obst. *l. 12. C. d. jur. dot.* Add. *l. ult. C. d. serv. pign. dat. manumiß.*

XCI.

CErtâ re vel quantitate non demonstratâ nihilominus dotis promissio valet, *l. 69. §. 4. d. jur. dot.* Obst. *l. 1. l. 3. C. d. dot. promiß.*

XCII.

PActum filiæ de dote profectitiâ non nocet patri, nisi adjectâ filiæ personâ experiatur, *l. 7. d. pact. dotal.* Add. *l. 23. C. d. pact.* Obst. *l. 2. §. 1. solut. matrimon. dos quemadmod. petat.*

Ex Lib. 24.

XCIII.

DOnationes inter conjuges sunt prohibitæ, præsertim immodicæ, *l. 1. l. 2. l. 3. pr. § 10. l. 31. §. 8. d. donat. int. vir. & uxor.* Obst. *l. 1. §. 1. verb.* uxore *l. 7. §. 1. verb.* in infinitum *: d. leg. Jul. repetundar.*

XCIV.

